Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26898
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dinibus, id est dominationibus, uirtutibus et potestatibus, et de ierarchia, id est
sacra potestate eorum que in celesti dispositione secunda uel media est
constituta, id est post primam et ante ultimam. De hac quoque ierarchia eodem
modo quo de superiori ordine tractat: primum scilicet ostendendo causam
et racionem cognominationis que ipsis ordinibus huius ierarchie at
tributa est; deinde uirtutem ipsius sacre potestatis latius exponen
do. Transeundum inquit nunc nobis est in mediam celestium [uel dis] expositi
onem intellectuum, dominationes illas super mundanas oculis
quantum possibile est explorantibus, et uere potentia specula
mina diuinarum potestatum et uirtutum. Continuat se ipsum
ad sequentem dictionem. Ac si dicat: Post expositionem super
prime ierarchie ordo expostulat ut transeamus ad mediam
expositionem, id est ad expositionem medie ierarchie celestium
intellectuum, id est angelicorum spirituum. Postea exponit nomina
tim quos illi ordines angelorum in quibus media illa potestas sacra
constat, ad cuius expositionem se transire debere dicit. Sequitur:
Dominationes illas super mundanis oculis quantum possibile est
explorantibus, et uere potentia speculamina diuinarum
potestatum et uirtutum. Transeundum inquit nobis est, nobis dico
explorantibus in illa ierarchia, scilicet dominationes et potestates
et uirtutes. Isti enim sunt tres ordines secunde ierarchie, quorum
uirtutem et officia diligenter scire oportet eum qui eorum sacram
potestatem exponere desiderat. Ideo inquit supermundanis oculis,
id est spiritualibus explorandum. Non enim ista corporalibus oculis uiden
tur: explorantibus dominationes illas, id est celestes, et exploran
tibus speculamina, id est speculationes uel contemplationes pota
tum et uirtutum. Quasi dicit exploraturum se speculationes
uel contemplationes potestatum et uirtutum. Vel ita intelligendum est ac

(Margin: potestatum)